





C O D E X
M E D I C A M E N T A R I U S
S A L U B E R R I M Æ F A C U L T A T I S
P A R I S I E N S I S .



P R Æ P A R A T I O N E S .



S I M P L I C I U M P U R G A T I O .



Purificatio falis ammoniaci.

R^{ec.} SALIS Ammoniaci, quantum volueris.
Solve in Aquæ calentis, quantitate sufficienti.

Filtra. Vaporet solutio ad pelliculam, in vase vitreo; in cella repone ut concrecant crystalli.

Simili modo parantur.

Sal Marinum,
Vitriolum.

Purificatio nitri.

R^x. Nitri tertiæ coctionis, quantum volueris,
Solve in Aquæ puræ calentis, sufficienti quantitate.

A

Quiescant per viginti quatuor horas. Lique-
rem filtra. Vaporet ad pelliculam. Pone in cella.
Concreſcent cryſtalli, ſale Marino omnino ſpoliati.

Purificatio aluminis.

R. Aluminis Romani, quantum volueris.
Solve in Aquæ bullientis, ſufficienti quantitate.
Filtra. Pone in cella. Concreſcent cryſtalli.
Simili modo paratur.

Borax.

Lotio ſulphuris.

R. Sulphuris communis integri, libras qua-
tuor. Liqueſiant leniſſimo igne in olla fictili; affun-
de Aquæ ferventis, libras ſex.

Bulliant per horæ quadrantem. Repone. De-
cantâ. Sulphuri ſuperſtiti reafunde eandem alte-
rius aquæ ferventis quantitatem. Bulliant iterum.
Repone, decanta ut ſupra, idque quatuor-decies
reperere. Sic elotum Sulphur in olla fictili rite coo-
perta ſtet in clibano per horas duas, ut illius calore
olei inſtar eliqueſcat. Olla refrigerata & effracta
denſatum Sulphur exime, & in pollinem redige.

Cremor ſulphuris.

R. Sulphuris loti, unciam unam.
Porphyrio in alkool redigatur cum aqua ſtillatitia
hyſſopi. Sicca & ſerva.

Hydargyri purificatio,

Sive Revivificatio ex cinnabari.

R. Cinnabaris factitiæ pulveratæ, Limaturæ Fer-
ri non rubiginosæ, ana quantum volueris.
Miſceantur ſedulo & mittantur in Retortam fer-
ream, vel vitream loricatam, cujus tertia pars replea-

neat vacua. Hanc impone Balneo arenæ: adapta Receptaculum. Destillationem institue, ignem gradatim augendo, donec, Retorta intense candefacta, nihil amplius transeat mercurii.

Purificatio gummi ammoniaci.

Rx. Gummi Ammoniaci, quantum volueris. Solve igne leni in Vini albi, quantitate sufficienti.

Solutionem lactescentem pluries cola per linteum rarum, fortiter exprimendo. Colatura vaporet Balneo Maris ad extracti consistentiam.

Simili modo præparentur.

Galbanum,

Sagapenum,

Opoponax,

Bdellium,

Euphorbium.

Nota. Rectius ad usus internos adhibentur horum Gummi lachrymæ puriores, quæ nulla egent præparatione.

Purgatio styracis.

Rx. Styracis liquidæ, quantum volueris. Per setaceum trajiciatur.

Efulæ præparatio.

Rx. Corticis medii radicis Efulæ, quantum volueris. Macera in Aceto forti per viginti quatuor horas. Exime & sicca.

Simili modo parabuntur

Radices Ari,

Hellebori utriusque,

tum Folia Laureolæ.

Præparatio Cantharidum.

Rx. Cantharides, quot volueris. Acerrimi Acet

A 2

vapore suffoca in nodulo suspensas. Tum exsicca, & in fictili reconde.

Millepedum præparatio.

R. Afellos sylvestres vivos coloris argentei; quot volueris. Vino albo ablue. Exsicca, & serva.

Præparatio lumbricorum.

R. Lumbricos terrestres floridos, quot volueris. Mitte in ollam fictilem, ut terram eruant: tum aqua ablue. Rejecta aqua cum vino albo iterum ablue, & illico Balneo Maris exsicca; ficos in vase vitreo accurate clauso serva.

Præparatio adipum.

R. Adipis cujuscvis recentis, quantum volueris. Fibras & venulas exime. Concide minutim, & in mortario marmoreo quassa. Elue multoties ex aqua pura. Balneo Maris liqua. Cola & reconde.

Simili modo parabuntur

Medullæ.

Nota usus tempore ejusmodi præparationes fieri debere.

Terebinthinæ Lotio.

R. Terebinthinæ Venetæ, uncias duas. Mitte in Aquæ Rosarum, uncias sex. Agita spatha, & exime. Semel & iterum idem repete, aqua renovata.

Terebinthinæ Coctio.

R. Terebinthinæ, uncias duas. Coque ex Aquæ communis, sufficienti quantitate, ad Colophoniæ duritiem. Exime, & serva.

*Simili modo parabuntur, sive per lotionem,
sive per coctionem*

Terebinthina Chia, & pro necessitate,
alii succi balsamici resinosi liquidi.

Succorum Defœcatio.

R. Herbarum recentium, florum aut fructuum,
quantum volueris.

Contrunde in mortario marmoreo, pistillo ligneo;
vel abra de pro rei natura. Linteo forti include. Præ-
lo exprime: Succum finito residere; limpidum
decanta, vel trajice per Manicam.

Nota primo succos, qui clarifieri, vel coqui de-
bent cum saccharo vel melle, aut admisceri unguen-
tis, vel emplastris, defœcatione non indigere.

Secundo, succos vinosos Soli exponendos, ut
fermentatione clareant.

Tertio, plantis minus succulentis ferventem
aquam addendam esse; viscosis ignem moderatum
esse necessarium.

Quarto, delectum habendum esse vasorum; succi
enim, præsertim acidi, in vasis æneis, vel ferreis
colorem mutant & indolem.

Quinto, succos defœcatos fervari debere in vasis
vitreis colli longioris, superaffuso oleo olivarum.

Præparatio catechu.

R. Catechu selecti & contriti, quantum volueris.
Aquæ calentis, quantitatem sufficientem.

Infunde per aliquot horas ad perfectam solutio-
nem. Cola per setaceum. Colatura, per residen-
tiam defœcata, vaporet ad siccitatem Balneo Maris.

Præparatio feri lactis.

Rx. Lactis vaccini vel alterius animalis, libras quatuor. Mitte in vas figulinum. Admisce Coaguli vitulini aquæ tantillo perfecte soluti, semi drachmam. Vas, diligenter linteis coopertum, colloca supra cineres calidos per aliquot horas, donec lactense coierit. Serum decanta, & coagulum impone craticulæ vimineæ, ut serum uberius extillet, tum Serum omne per linteum semel & iterum trajice.

Clarificatio feri lactis.

Serum Lactis, ut supra paratum, turbidum adhuc & albicans, agitetur cum ovi albumine: Bulliat, & inter ebullitionem inspergantur Cremoris Tartari, grana octo pro singulis Seri libris. Fiat colatura, quæ quidem, si non sit perfecte limpida, per chartam bibulam (penitus refrigerata) trajiciatur.

Præparatio feri lactis extemporanea.

Rx. Lactis vaccini vel alterius animalis, libras duas. Bulliant in vase idoneo, & tunc adde

Cremoris Tartari pulverati, drachmam unam. Lact coagulatum cola. Colaturam clarifica cum ovi albumine, & per chartam emporeticam trajice.

Extractio mucaginum;
ex tempore paranda.

Rx. Seminis Psylli, libram unam.

Aquæ repentis, libras sex.

Macera per viginti quatuor horas supra cineres calidos, identidem agitando spatha lignea; donec aqua paulo plus lentescat quam albumen ovi. Tum trajice per linteum, & fortiter exprime.

Simili modo extrahuntur

Mucagines Lini,

Fœnugræci,

Cydoniorum,

Gummi Tragacanthi,

tum aliorum seminum, fructuum, & radicis Althææ, sectæ prius & elixatæ.

SIMPLICIUM PULVERATIO ET LAEVIGATIO.

Præparatio limaturæ ferri.

R. Limaturæ ferri splendentis, nitidæ, & a sordibus purgatæ, quantum volueris, supra porphyritem sine aqua lævigetur, donec redigatur in alkool.

Præparatio oculorum cancrorum.

R. Lapidum Cancrorum genuinorum, quantum volueris. Aqua fluviatili calente pluries in die renovata ablue; idque per plures dies repete, donec fere nullus in eis deprehendatur odor.

Exsiccatos tere subtilissime in mortario ferreo vel marmoreo. Posthac supra porphyritem agita, instillando identidem aquam communem, usque dum in pulvem tenuissimam lævigentur. Effinge Trochiscos in umbra siccandos.

Simili modo præparabuntur

Testacea,

Coralla.

Præparatio margaritarum.

R. Margaritarum Orientalium, quantum volueris. Aqua fluviatili calente semel, aut iterum ablue. Exsicca. Tere, & supra porphyritem læviga.

A 4